VETUS TESTAMENTUM
Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.
Seite 109r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

sequetur sententiam eorum nec
declinabis ad dexteram vel ad
sinistram. Ceterum qui superbierit
nolens obedire sacerdotis impio
qui eo tempore ministrat domino deo
tuo, et de decreto iudicis, morietur
et homo ille, et auferes
malum de israel. cuncturque populus
audiens timebit, vt nullus de
cetero intumescat superbia.
Cum ingressus fueris terram quam dabit tibi dominus
deus tuus, habitaueris eamque in
illa et dixeris: Constituam super
me regem, sicut habent omnes
circumquaque nationes, eum constitues
eum, quem dominus deus tuus ele
gerit de numero fratrum tuorum. Non
poteris alterum gentis hominem
regem facere, qui non sit fra
ter tuus. Cum constituto fuerit
non multiplicabit sibi equos,
nec reducet populum in egyptum
equitatus numero sublevatus,
presertim cum dominus preceperit
vobis, vt nequaquam amplius
per eandem viam reuertamini. Non
habebit vxores plurimas, quae
illiciant animum eius, nec ar
genti et auri immensa po
dera. Postquam autem sederit
in solio regni sui, describet
sibi deuteronomium legis
huius in volumine, accipiens
exemplar a sacerdotibus levi
tice tribus, et habebit secum
legetque illud omnibus diebus
vite sue, vt discat timere do
minum deum suum, et custodire
verba et ceremonias eius,
quae in lege precepta sunt, ne
eleuetur cor eius in superbiam
super fratres suos, nec declinet
in partem dexteram vel sinistram,
vt longo tempore regnet ipse, et
filius eius super israel. Capitulum 18m
Non habebunt
sacerdotes et levite
et omnis qui de cadem tribu
sunt, partem et hereditatem cum
reliquis israel, quia sacrificia domini
et oblationes eius comedent,
et nihil aliud accipiat de
possessione fratrum suorum. Dominus
enim ipse hereditas eorum, sicut
locutus est illis. Hoc erit
iudicium sacerdotum a populo et
ab hiis, qui offerunt victimas,
siue bouem siue ouem immo
lauerit, dabunt sacerdoti ar
mum ac ventriculum, primicias
frumenti vini et olei, et lanam
primam tondentis. Ipsum
enim elegit dominus deus tuus de
cunctis tribubus tuis, vt stet
et ministret nomini domini ipse et
filii eius in sempiternum. Si ex
ierit levites de vna vrbium
tuarum ex omni israel in qua habitat,
et voluerit venire de desiderio
loci, quem elegerit dominus mini
strabit in nomine dei sui, sicut om
nes fratres eius levite, qui stabunt
eo tempore coram domino. Pariter
eandem accipiet, quam et ceteri
ex tempore eo, quod in vrbe sua
ex paterna ei successione de
betur. Quando ingressus fuerit
terram, quam dominus deus tuus da
bit tibi, caue ne imitari velis
abhominationes illarum gentium,
nec inueniatur qui illustret
filium suum aut filiam ducens per
ignem, aut qui ariolos sus
citet, et obseruet somnia
et augures, ne sit maleficus
neque incantator, ne pythones
nec consulat neque diuinos et